

Edition Open Sources

Sources 8

Stefan Paul Trzeciok:

15. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils
DOI: 10.34663/9783945561102-35



In: Stefan Paul Trzeciok: *Alvarus Thomas und sein Liber de triplici motu* : Band II: Bearbeiteter Text und Faksimile

Online version at <https://edition-open-sources.org/sources/8/>

ISBN 978-3-945561-10-2, DOI 10.34663/9783945561102-00

First published 2016 by Max-Planck-Gesellschaft zur Förderung der Wissenschaften, Edition Open Sources under Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 3.0 Germany Licence. <https://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/3.0/de/>

The Deutsche Nationalbibliothek lists this publication in the Deutsche Nationalbibliografie; detailed bibliographic data are available in the Internet at <http://dnb.d-nb.de>

De motu quo ad causā in medio non resistente.

137

i. correl.

postquam mouetur velocius: semper mouetur velocius quod fuit probandum. Patet ergo conclusio.

¶ Ex hac conclusione sequitur primo quod datus duabus latitudinibus equalibus resistentie vniiformiter difformis inaequaliter extensis per inaequales partes mediozum non resistentium: et quilibet punctus resistentie minus extense in aliqua proportione incipiat vniiformiter intendere motum suum continuo velocius puncto sibi correspondente in latitudine magis extensa: postquam posita in resistentia minus extensa in aliquo puncto cuius quo incipit intendere motum suum velocius continuo mouebitur postquam equali posita in consimili puncto in latitudine magis extensa dummodo ibi intendat motum suum. Probatur correlarium quia talis posita in latitudine minus extensa incipit velocius moueri: et postquam sic mouetur semper velocius mouetur stante casu: igitur correlarium verum: Arguitur maior quod si inciperet tardius vel equaliter moueri: et quilibet punctus minoris resistentie minus distat ab ea quam punctus consimilis distat a potentia mora in latitudine magis extensa: et quilibet punctus velocius mouebitur immediate post hoc: ergo citius immediate post hoc aliquis punctus minoris resistentie attinget in latitudine minus extensa postquam ibi motam quam consimilis attingat postquam in latitudine magis extensa. Patet consequentia ex tertia suppositione: et per consequens immediate post hoc velocius mouebitur alia (cum moueatur cum minoris resistentia.) Sed minor eadem cum minoris precedentis conclusionis demonstrationem erigit. Et sic patet correlarium. ¶ Sequitur secundo quod datus duabus: vel quotcumque latitudinibus resistentie vniiformiter difformis equalis resistentie inaequaliter extensis et quilibet punctus vnius moueatur eque velociter sicut punctus correspondens in alia: et hoc continuo vniiformiter: postquam que mouetur in medio minori hoc est in minus extensa resistentia continuo tardius mouetur quam postquam et equalis que mouetur in latitudine magis extensa et hoc dummodo ille potentie incipiant a consimilibus punctis. Probatur correlarium quia talis potentia in latitudine minus extensa incipit tardius moueri quam alia in latitudine magis extensa: et postquam mouetur tardius non potest incipere equaliter moueri: nec velocius: igitur continuo tardius mouetur, patet consequentia: et tam maior quam minor probantur eodem modo sicut probantur in conclusione precedenti.

2. correl.

3. correl.
decima cor.
du. cal.

¶ Sequitur tertio quod tam in casu conclusionis quam correlarium continuo in quolibet tempore adequate terminato ad instans initiatium motus: velocius intendit motum suum postquam mota in maiori medio quam in minori. Probatur quia dato quocumque tali tempore semper in instanti terminatio illius potentia que est in maiori medio in casu conclusionis est cuius puncto minus intenso siue mouetur a maiori proportione quam alia postquam in medio maiori ut patet ex conclusione: et inceperunt ab equali velocitate: ergo in illo tempore adequate maiorem velocitatem acquisiuit potentia mota in maiori medio quam alia mota in minori: et per consequens velocius in tali tempore adequate intendit motum suum. Et sic probatur de alia postquam que est in latitudine minus intensa in casu precedentis correlarii respectu potentie que in casu eiusdem correlarii est in latitudine magis extensa. Et sic patet correlarium. Et hec sub aliis verbis tamen: est decima conclusio calculatoris quam nunc eam sic non probet. ¶ Multe alie conclusiones possent in hac materia adduci: et ex predictis euidē

ter inferri. nihilominus breuitatis causa super se deo in sequenti capite aliquas ex eis in deductionibus argumentorum probaturus.

¶ Quindecimum caput quod obicit aliquibus que dicta sunt in precedentibus duobus capitibus: inferendo aliquas conclusiones de velocitate motus in resistentia difformiter difformi progrediente per medium non resistentem: et in latitudine vniiformiter difformi condensante se ad non quantum in medio non resistente.

Iam aggredior impugnare aliqua eorum que dicta sunt in tridecimo: et quarto decimo capitibus: et signanter tertiam suppositionem tridecimi capituli basim et fundamentum omnium dictorum in predictis capitibus.

Et ideo contra eam primo arguitur sic Non est possibile latitudinem resistentie acquiri partibiliter quo ad subiectum tantum ut dicit suppositio igitur illa falsa. Consequentia patet et arguitur antecedens quoniam si illud esset possibile: sequeretur quod ab inaequalibus proportionibus equalibus velocitates prouerent: sed hoc est falsum: et contra basim totius huius operis: igitur illud ex quo sequitur: falsitas consequentis est nota: et probatur sequela. et pono casum quod sint duo media non resistentia equalia: et per vnum illorum extendatur partibiliter quo ad subiectum distaxat vna resistentia difformiter difformis cuius pars medietas sit vniiformis continuo ut. 7. et secunda ut. 6. et moueatur quilibet punctus eius vniiformiter continuo: puncto velocissime moto continuo moto a proportione quadrupla ita quod continuo tales latitudines maneant equalis. et equaliter moueantur: moueaturque cum vtraque illarum vna postquam ut. 8. in eodem instanti, ab eodem puncto: per eandem lineam inchoando: Quo posito sic argumentor. postquam que mouetur cum latitudine vniiformi mouetur equaliter omnino: et continuo eque velociter cum potentia que mouetur cum latitudine difformiter difformi: et tales potentie non possunt continuo moueri ab eadem proportione cum nullus punctus in latitudine difformiter difformi sit equalis resistentie adequate cum aliquo puncto resistentie vniiformis (quand oquidem quodlibet in resistentia vniiformi sit ut. 4. et in difformiter difformi quodlibet est ut. 7. vel ut. 6. adequate) igitur ab inaequalibus proportionibus equalibus velocitates proueniunt quod fuit probandum: Consequentia patet cum minore: et maior probatur. quia potentia que mouetur cum resistentia vniiformi continuo est in puncto medio illius resistentie: et postquam que mouetur cum resistentia difformi similiter est in medio eiusdem resistentie difformis: et eque velociter continuo mouetur medius vnius sicut medium alterius ut patet ex casu: igitur eque velociter continuo mouetur cum resistentia vniiformi sicut alia postquam cum difformi quod fuit probandum. Consequentia patet cum minore: et arguitur prima pars maioris quod postquam est resistentia vniiformi ut. 4. continuo mouetur a proportione dupla cum ipsa sit ut. 8. et punctus medius talis latitudinis etiam continuo mouetur a proportione dupla ex casu: et incipiunt moueri ab eodem puncto

postquam movetur velocius, semper movetur velocius. Quod fuit probandum. Patet ergo conclusio.

¶ Ex hac conclusione sequitur primo, quod datis duabus latitudinibus aequalibus resistentiae uniformiter difformis inaequaliter extensis per inaequales partes mediorum non resistentium et quilibet punctus resistentiae minus extensae in aliqua proportione incipiat uniformiter intendere motum suum continuo velocius puncto sibi correspondente in latitudine magis extensa, potentia posita in resistentia minus extensa in aliquo puncto, cum quo incipit intendere motum suum, velocius continuo movebitur potentia aequali posita in consimili puncto in latitudine magis extensa, dummodo ibi intendat motum suum. Probatur correlarium, quia talis potentia posita in latitudine minus extensa incipit velocius moveri, et postquam sic movetur, semper velocius movetur stante casu, igitur correlarium verum. Arguitur maior, quia si inciperet tardius vel aequaliter moveri, et quilibet punctus minoris resistentiae minus distat ab eam, quam punctus consimilis distat a potentia mota in latitudine magis extensa, et quilibet punctus velocius movebitur immediate post hoc, ergo citius immediate post hoc aliquis punctus minoris resistentiae attinget in latitudine minus extensa potentiam ibi motam, quam consimilis attingat potentiam in latitudine magis extensa. Patet consequentia ex tertia suppositione, et per consequens immediate post hoc velocius movebitur alia, (cum moveatur cum minori resistentia.) Sed minor eandem cum minori praecedentis conclusionis demonstrationem exigit. Et sic patet correlarium. ¶ Sequitur secundo, quod datis duabus vel quocumque latitudinibus resistentiae uniformiter difformis aequalis resistentiae inaequaliter extensis et quilibet punctus unius moveatur aequè velociter sicut punctus correspondens in alia, et hoc continuo uniformiter, potentia, quae movetur in medio minori, hoc est in minus extensa resistentia, continuo tardius movetur quam potentia ei aequalis, quae movetur in latitudine magis extensa, et hoc dummodo illae potentiae incipiant a consimilibus punctis. Probatur correlarium, quia talis potentia in latitudine minus extensa incipit tardius movere quam alia in latitudine magis extensa, et postquam movetur tardius, non potest incipere aequaliter moveri nec velocius, igitur continuo tardius movetur. Patet consequentia, et tam maior quam minor probantur eodem modo, sicut probantur in conclusione praecedenti.

¶ Sequitur tertio, quod tam in casu conclusionis quam correlariorum continuo in quolibet tempore adaequate terminato ad instans initiativum motus velocius intendit motum suum potentia mota in maiori medio quam in minori. Probatur, quia dato quocumque tali tempore semper in instanti terminatio illius potentia, quae est in maiori medio in casu conclusionis, est cum puncto minus intenso, sive movetur a maiori proportione quam alia potentia in medio maiori, ut patet ex conclusione, et inceperunt ab aequali velocitate, ergo in illo tempore adaequate maiorem velocitatem acquisivit potentia mota in maiori medio quam alia mota in minori, et per consequens velocius in tali tempore adaequate intendit motum suum. Et sic probatur de alia potentia, quae est in latitudine minus {extensa}⁵ in casu praecedentis correlarii respectu potentiae, quae in casu eiusdem correlarii est in latitudine magis extensa. Et sic patet correlarium. Et haec sub aliis verbis tamen est decima conclusio calculatoris, quamvis eam sic non probet. ¶ Multae aliae conclusiones possent in hac materia adduci, et ex praedictis evidenter inferri, nihilominus brevitate causa super-

sedeo in sequenti capite aliquas ex eis in deductionibus argumentorum probaturus.

15. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

Quindecimum caput, quod obiicit aliquibus, quae dicta sunt in praecedentibus duobus capitibus inferendo aliquas conclusiones de velocitate motus in resistentia difformiter difformi progrediente per medium non resistens et in latitudine uniformiter difformi condensante se ad non quantum in medio non resistente

Iam aggredior impugnare aliqua eorum, quae dicta sunt in tridecimo et quarto decimo capitibus et signanter tertiam suppositionem tridecimi capitis basim et fundamentum omnium dictorum in praedictis capitibus.

Et ideo contra eam primo arguitur sic: non est possibile latitudinem resistentiae acquiri partibiliter quoad subiectum tantum, ut dicit suppositio, igitur illa falsa. Consequentia patet, et arguitur antecedens, quoniam si illud esset possibile, sequeretur, quod ab inaequalibus proportionibus aequales velocitates provenirent, sed hoc est falsum et contra basim totius huius operis. Igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis est nota, et probatur sequela, et pono casum, quod sint duo media non resistentia aequalia, et per unum illorum extendatur partibiliter quo ad subiectum dumtaxat una resistentia difformiter difformis, cuius prima medietas sit uniformis continuo ut 2, et secunda ut 6, et moveatur quilibet punctus eius uniformiter continuo puncto velocissime moto, continuo moto a proportione quadrupla et puncto medio a dupla, (ut oportet), et per aliud medium extendatur a non quanto una latitudo uniformis per totum ut 4 quolibet puncto eius intrinseco movente uniformiter et puncto velocissime moto, continuo moto a proportione quadrupla, ita quod continuo tales latitudines maneant aequales et aequaliter moveantur, moveaturque cum utraque illarum una potentia ut 8 in eodem instanti ab eodem puncto per eandem lineam inchoando. Quo posito sic argumentor: potentia, quae movetur cum latitudine uniformi, movetur aequaliter omnino et continuo aequè velociter cum potentia, quae movetur cum latitudine difformiter difformi, et tales potentiae non possunt continuo moveri ab eadem proportione, cum nullus punctus in latitudine difformiter difformi sit aequalis resistentiae adaequate cum aliquo puncto resistentiae uniformis (quandoquidem quodlibet in resistentia uniformi sit ut 4, et in difformiter difformi quodlibet est ut 2 vel ut 6 adaequate), igitur ab inaequalibus proportionibus aequales velocitates proveniunt. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum minore, et maior probatur, quia potentia, quae movetur cum resistentia uniformi, continuo est in puncto medio illius resistentiae, et potentia, quae movetur cum resistentia difformi, similiter est in medio eiusdem resistentiae difformis, et aequè velociter continuo movetur medium unius sicut medium alterius, ut patet ex casu, igitur aequè velociter continuo movetur cum resistentia uniformi sicut alia potentia cum difformi. Quod fuit probandum. Consequentia patet cum minore, et arguitur prima pars maioris, quia potentia cum resistentia uniformi ut 4 continuo movetur a proportione dupla, cum ipsa sit ut 8, et punctus medius talis latitudinis etiam continuo movetur a proportione dupla ex casu, et incipiunt moveri ab eodem puncto

⁵Sine recognitis: intensa.

cto per eandem lineam in eodem instanti: ergo continuo sunt simul quod fuit probandum. Jam probato secundam partem maioris quia potentia que mouetur cum resistentia difformi non potest in casu esse citra punctum medium in medietate remissionis: nec ultra medietatem intensiori: et mouetur continuo cum latitudine: igitur continuo est in medio talis latitudinis. Consequentia patet. et minor probatur quia si aliquando posset in casu esse citra punctum medium in medietate remissionis capio instans in quo est in illa: et arguitur sic vel continuo potentia illa a principio motus est citra punctum medium in medietate remissionis: vel continuo ultra punctum medium in medietate intensiori: vel aliquando citra punctum medium: et aliquando ultra: nullum istorum est dicendum: igitur non primum quia tunc sequeretur quod a principio motus talis potentia mouetur continuo a proportione quadrupla cum tota illa medietate sit uniformis vt. 7. et potentia vt. 8. et continuo potentia est citra punctum medium per te: igitur (cum potentia et punctus medius suum motum inchoant ab eodem puncto in eodem instanti) sequitur quod maior velocitas prouenit a proportione dupla quod a quadrupla quod est tantum vel maius inconueniens quam illud quod inferre intendimus: Nec dicendum est secundum quia tunc sequeretur quod a principio motus talis potentia continuo mouetur a proportione sextiquintaria cum tota illa medietate sit uniformis vt. 6. et potentia vt. 8. et continuo potentia est ultra punctum medium per te: igitur (cum potentia et punctus medius suum motum inchoant ab eodem puncto in eodem instanti et per eandem lineam) sequitur quod maior velocitas prouenit a proportione sextiquintaria quod a dupla quod eque magnum inconueniens est sicut illud quod inferre intendimus: Sed quod non sit dicendum tertium probatur quia si aliquando est citra punctum medium: et aliquando ultra capio instans in quo est citra punctum medium: et arguitur sic vel a principio motus semper fuit citra punctum medium in medietate remissionis: vel aliquando ultra punctum medium in medietate intensiori: et deinde in medietate remissionis: non primum quia tunc sequeretur quod continuo moueretur per totum illud tempus a proportione quadrupla: et tamen moueretur tardius per te quam punctus medius qui mouetur a proportione dupla: sed hoc est impossibile: igitur illud ex quo sequitur: Nec dicendum est secundum quia si transit per puncta intensioris medietatis ad puncta medietatis remissionis necesse est quod transeat per punctum medium ut constat: et si venerit ad punctum medium nunquam ab eo discedet: igitur illa potentia nunquam est ultra punctum medium in medietate intensiori et deinde in medietate remissionis. Consequentia patet cum maiore et probatur minor quia si illa potentia venerit ad punctum medium: nullus punctus medietatis remissionis unquam potentiam precedet quia cum quolibet tali potentia sufficit mouere velocius quam ipse mouetur: nec ipsa potentia aliquem punctum intensioris medietatis precedet unquam (cum quodlibet tale velocius moueatur quam potentia sufficit mouere cum illo) igitur si talis potentia venerit ad punctum medium nunquam ab eo discedet quod fuit probandum.

Respondeo ad argumentum negando antecedens: et ad probationem nego sequelam: et ad probationem admissio casu concedo maiorem et nego minorem: et ad probationem minoris concedo quod nullus est ibi punctus ad quem adequate talis potentia habet proportionem duplam: et cum infer-

tur ergo non potest continuo moueri a proportione dupla negatur consequentia et ratio est quoniam quous ad nullum punctum habeat proportionem duplam adequate habet tamen ad duo simul videlicet ad extremum prime medietatis et ad initium secunde.

Sed contra quia extremum prime medietatis est vt. 7. et principium secunde vt. 6. MODO duo et sex sunt octo. et potentia est vt octo. ergo ad illa habet talis potentia proportionem equalitatis et non duplam: et per consequens solutio nulla.

Respondeo quod difficile est mihi soluere argumentum et in eo diu cogitavi. Dico tamen ad replicam negando consequentiam. Et ratio est quia illa puncta vt. 7. et vt. 6. non faciunt resistentiam vt. 8. Imo dico quod illa duo puncta principium secunde medietatis et finis prime ita se habent quod in resistendo equivalent puncto resistentie resistentis vt. 4. Unde pono talem regulam.

Ubi cumque aliqua potentia mouetur cum aliqua resistentia difformi: et est in parte illius resistentie que tardius mouetur quam potentia sufficit moueri cum illa adequate: et pars immediate sequens velocius mouetur quam potentia sufficit mouere cum illi vel eque velociter: tunc talis resistentia resistit ille potest tantum adequate quantum resisteret una resistentia ad quam haberet illa potentia adequate talem proportionem a qua mouetur illa resistentia cui potentia continuo est proxima. Et ideo tunc talis resistentia equiualeat alteri ad quam potentia talem proportionem habet. Hac regula pre supposita.

regula

Respondeo ad argumentum distinguendo minorem: aut quod talis potentia non potest in casu cum illis resistentis moueri cum eadem proportione quam utraque illarum habeat formaliter ad aliquam illarum resistentiarum: et sic conceditur: aut quam habeat equiualeter: et sic negatur.

Sed contra quod si hec solutio esset bona sequeretur quod eadem potentia non variata mouetur eque velociter adequate cum resistentia maiori sicut cum minori: sed hoc videtur impossibile: igitur illud ex quo sequitur. Sequela probatur. et volo quod in casu argumenti tota secunda medietas illius resistentie perdat per totum uniformiter unum gradum ita quod maneat uniformis vt. 5. moueatur tamen eadem velocitate qua ante mouebatur. Quo posito iam potentia vt. 8. continuo erit in puncto medio illius resistentie qui mouetur eque velociter sicut antea: ergo talis potentia mouetur eque velociter adequate sicut antea et resistentia sua est minor quam antea: igitur assumptum verum.

Respondeo concedendo quod inferitur dummodo talis potentia non moueatur a proportione quam formaliter habet ad talem resistentiam, sed a proportione quam habet ad illam equiualeter. Ex quo sequitur primo quod etiam si secunda medietas in infinitum intederetur: et prima in infinitum remitteretur potentia tamen semper uniformiter mouetur. Quod nihilominus mirabile apparet. Sequitur secundo quod ubique aliqua resistentia difformiter difformis cuius utraque medietas est et manet uniformis incipit progredi a non quanto in medio non resistente: quolibet puncto eius intrinseco continuo uniformiter mouente: omnis potentia que simul incipit moueri cum illa continuo mouetur uniformiter. Probatur quia cum ea medietate cum qua

i. correl.

i. correl.

per eandem lineam in eodem instanti, ergo continuo sunt simul. Quod fuit probandum. Iam probo secundam partem maioris, quia potentia, quae movetur cum resistentia difformi, non potest in casu esse citra punctum medium in medietate remissiori nec ultra medium in medietate intensiori, et movetur continuo cum latitudine, igitur continuo est in medio talis latitudinis. Consequentia patet, et minor probatur, quia si aliquando posset in casu esse citra punctum medium in medietate remissiori, capio instans, in quo est in illa, et arguitur sic: vel continuo potentia illa a principio motus est citra punctum medium immediate remissiori vel continuo ultra punctum medium immediate intensiori vel aliquando citra punctum medium et aliquando ultra. Nullum istorum est dicendum, igitur: non primum, quia tunc sequeretur, quod a principio motus talis potentia movetur continuo a proportione quadrupla, cum tota illa medietas sit uniformis ut 2, et potentia ut 8, et continuo potentia est citra punctum medium per te, igitur, (cum potentia et punctus medius suum motum inchoant ab eodem puncto in eodem instanti), sequitur, quod maior velocitas provenit a proportione dupla quam a quadrupla, quod est tantum vel maius inconveniens, quam illud quod inferre intendimus. Nec dicendum est secundum, quia tunc sequeretur, quod a principio motus talis potentia continuo movetur a proportione sexquiertia, cum tota illa medietas sit uniformis ut 6, et potentia ut 8, et continuo potentia est ultra punctum medium per te, igitur, (cum potentia et punctus medius suum motum inchoant ab eodem puncto in eodem instanti et per eandem lineam), sequitur, quod maior velocitas provenit a proportione sexquiertia quam a dupla, quod aequae magnum inconveniens est sicut illud, quod inferre intendimus. Sed quod non sit dicendum, tertium probatur, quia si aliquando est citra punctum medium et aliquando ultra, capio instans, in quo est citra punctum medium, et arguitur sic: vel a principio motus semper fuit citra punctum medium in medietate remissiori vel aliquando ultra punctum medium in medietate intensiori et deinde in medietate remissiori. Non primum, quia tunc sequeretur, quod continuo moveretur per totum illud tempus a proportione quadrupla, et tamen moveretur tardius per te quam punctus medius, qui movetur a proportione dupla, sed hoc est impossibile, igitur illud, ex quo sequitur. Nec dicendum est secundum, quia si transit per puncta intensioris medietatis ad puncta medietatis remissioris, necesse est, quod transeat per punctum medium, ut constat, et si venerit ad punctum medium, numquam ab eo discedet, igitur illa potentia numquam est ultra punctum medium in medietate intensiori et deinde in medietate remissiori. Consequentia patet cum maiore, et probatur minor, quia si illa potentia venerit ad punctum medium, nullus punctus medietatis remissioris unquam potentiam praecedet, quia cum quolibet tali potentia sufficit movere velocius, quam ipse movetur, nec ipsa potentia aliquem punctum intensioris medietatis praecedet unquam, (cum quodlibet tale velocius mov[e]atur quam potentia sufficit movere cum illo), igitur si talis potentia venerit ad punctum medium, numquam ab eo discedet. Quod fuit probandum.

Respondeo ad argumentum negando antecedens, et ad probationem nego sequelam, et ad probationem admissio casu concedo maiorem, et nego minorem, et ad probationem minoris concedo, quod nullus est ibi punctus, ad quem adaequate talis potentia

habet proportionem duplam, et cum infertur, ergo non potest continuo moveri a proportione dupla, negatur consequentia, et ratio est, quoniam, quamvis ad nullum punctum habeat proportionem duplam adaequate, habet tamen ad duo simul videlicet ad extremum primae medietatis et ad initium secundae.

Sed contra, quia extremum primae medietatis est ut 2 et principium secundae ut 6. Modo duo et sex sunt octo, et potentia est ut octo, ergo ad illa habet talis potentia proportionem aequalitatis et non duplam, et per consequens solutio nulla.

Respondeo, quod difficile est mihi solvere argumentum, et in eo diu cogitavi. Dico tamen ad replicam negando consequentiam. Et ratio est, quia illa puncta ut 2 et ut 6 non faciunt resistentiam ut 8. Immo dico, quod illa duo puncta principium secundae medietatis et finis primae ita se habent, quod in resistendo aequivalent puncto resistentiae resistentis ut 4.

Unde pono talem regulam: ubicumque aliqua potentia movetur cum aliqua resistentia difformi, et est in parte illius resistentiae, quae tardius movetur, quam potentia sufficit moveri cum illa adaequate, et pars immediate sequens velocius movetur, quam potentia sufficit movere cum illi vel aequae velociter, tunc talis resistentia resistit illi potentiae tantum adaequate, quantum resisteret una resistentia, ad quam haberet illa potentia adaequate talem proportionem, a quali movetur illa resistentia, cui potentia continuo est proxima. Et ideo, tunc talis resistentia aequivalet alteri, ad quam potentia talem proportionem habet. Hac regula prae supposita.

Respondeo ad argumentum distinguendo minorem, aut quod talis potentia non potest in casu cum illis resistentiis moveri cum eadem proportione, quam utraque illarum habeat formaliter ad aliquam illarum resistentiarum, et sic conceditur, aut quam habeat aequivalenter, et sic negatur.

Sed contra, quia si haec solutio esset bona, sequeretur, quod eadem potentia non variata movetur aequae velociter adaequate cum resistentia maiori sicut cum minori, sed hoc videtur impossibile, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, et volo, quod in casu argumenti tota secunda medietas illius resistentiae perdat per totum uniformiter unum gradum, ita quod maneat uniformis ut 5, moveatur tamen eadem velocitate, qua antea movebatur. Quo posito iam potentia ut 8 continuo erit in puncto medio illius resistentiae, qui movetur aequae velociter sicut antea, ergo talis potentia movetur aequae velociter adaequate sicut antea, et resistentia sua est minor quam antea, igitur assumptum verum.

Respondeo concedendo, quod infertur, dummodo talis potentia non moveatur a proportione, quam formaliter habet ad talem resistentiam, sed a proportione, quam habet ad illam aequivalenter. ¶ Ex quo sequitur primo, quod etiam si secunda medietas in infinitum intederetur, et prima in infinitum remitteretur, potentia tamen semper uniformiter movetur. Quod nihilominus mirabile apparet. ¶ Sequitur secundo, quod ubicumque aliqua resistentia difformiter difformis, cuius utraque medietas est et manet uniformis, incipit progredi a non quanto in medio non resistente quolibet puncto eius intrinseco continuo uniformiter movente, omnis potentia, quae simul incipit moveri cum illa, continuo movetur uniformiter. Probatur, quia cum ea medietate, cum qua

De motu quo ad causā in medio non resistente.

incipit moueri continuo mouebitur et talis medie-
ras est vniiformis: igitur continuo vniiformiter mo-
uebitur: patet consequentia cum minore. et arguitur
in maiori: et capio punctum in quo est in medietate
in qua incipit moueri in aliquo instanti temporis
terminati ad instanti inittatum motus per quod
mouetur in illa medietate. Totalis enim motus quo
illa potentia mouetur incipit ab aliqua velocitate
pronente a proportione quam habet potentia
ad aliquem punctum in secum illius medietatis
ut patet ex dictis et arguo sic vel talis punctus velo-
cius mouetur quam potentia: vel tardius: vel eque
velociter: Si primum sequitur quod talis potentia non
est in illo puncto quia inceperunt potentia et talis pun-
ctus ab eodem puncto in eodem instanti et cetera. et potentia
mouebatur tardius puncto in quo ponitur esse: et
potentia et punctus mouentur vniiformiter: igitur.
Nec secundum puta quod tardius quia tunc sequeretur
quod non est in illo puncto quoniam continuo talis
punctus mouetur tardius quam potentia: et inceperunt
in eodem instanti ab eodem puncto et cetera. igitur
dicendum est tertium puta quod mouetur equaliter: et
per consequens semper mouebitur cum illo puncto
et sic semper erit in eadem medietate: quod fuit pro-
bandum. Patet igitur correlarium.

3. cor. rel.

Sequitur tertio quod vbi cuiusque aliqua latitudo resi-
stente difformiter difformis cuius multe partes sunt vni-
formes et nulla difformis secundum se et quodlibet
sui a non quanto incipiat progredi partibilibiter per
medium non resistens: quolibet eius puncto in tri-
feco continuo vniiformiter mouente: omnis potentia
que cum tali resistentia ab eodem puncto incipit mo-
ueri continuo vniiformiter mouebitur. Probatur
quia cum quacunque illarum partium vniiformium
talis potentia incipit moueri: cum ea semper mouebitur: igitur
continuo vniiformiter mouebitur. Consequentia patet
patet et arguitur antecedens quoniam in quacunque
parte vniiformi primo mouetur cum illa continuo mo-
uetur: igitur proportionaliter. Probatur antecedens quod
dato aliquo instanti temporis per quod mouetur
in tali parte in qua primo mouetur arguitur sic vel
punctus in quo in illo instanti est: mouetur velocius
quam potentia: vel tardius: vel equaliter: Non primum
nec secundum quod probatur sicut in precedente
si correlario: igitur dicendum est tertium videlicet
quod equaliter et per consequens quod continuo mouebitur
in illa parte et in illo puncto et sic continuo vni-
formiter quod fuit probandum. Si intelligatur cor-
relarium dñ modo talis potentia ab aliqua certa p-
portione incipiat moueri. Quia alias dabitur vna
latitudo resistentie in qua non dabitur (saltem vi-
ceret aduersarius) pars cum qua potentia incipit
moueri. Imo quacunque data dabitur aliqua magis
resistens cum qua antea mouebatur (ut diceret ad-
uersarius) ut puta si alicuius latitudinis quelibet
pars proportionalis certa proportione sit vniiformis
magis alta et alia vniiformitate vsque ad equalitatem po-
tentie ascendendo exclusiue.

4. cor. rel.

Sequitur quarto quod vbi potentia mouetur ut ponitur
in casu precedentis correlarii ipsa continuo est
in eodem puncto probatur quia non potest dici quod
punctus in quo potentia est moueatur velocius aut
tardius ipsa ut patet ex probatione precedentis cor-
relarii ergo mouetur equaliter et per consequens
continuo est in illo quod fuit probandum.

5. cor. rel.

Sequitur quinto quod si in medio non resistentia a non
quanto progrediatur latitudo resistentie sic se habens
quod cuiuslibet partis eius proportionalis pro-
portione dupla minoribus terminatis versus pun-

ctum quiescens prima medietas sic resistat posse ut
s. quod quilibet eius punctus tardius moueatur quam po-
tentia sufficit ad eam moueri cum illo: et secunda
medietas sic eidem potentie resistat quod quilibet eius
punctus velocius moueatur quam potentia sufficit mo-
ueri cum illo: talis potentia in eodem instanti cum illa
resistentia ab eodem puncto progrediens continuo
cum tali resistentia mouetur vniiformiter. Probatur
quod talis potentia cum illa resistentia mouetur ut patet
quia ad quemlibet punctum illius habet proportio-
nem maiorem in equalitatis: et ab aliquo puncto ali-
cuius partis proportionalis incipit moueri (ut con-
stat) et continuo est ad punctum medium eius de par-
tis proportionalis qui continuo mouetur vniiformi-
ter: ergo continuo talis potentia mouetur vniiformiter
quod fuit probandum: patet consequentia cum ma-
iore: et minor videlicet quod continuo est ad punctum me-
dium talis partis proportionalis probatur eodem
modo sicut probatur in argumento potentie semper
esse in puncto medio resistentie de qua fit mentio in
casu eiusdem argumenti, eadem enim est probatio:
patet ergo correlarium. Et si dicas non est maior
ratio quod continuo sit in puncto medio vnius partis
proportionalis illius resistentie quam alterius, quia in
cuiuslibet partis proportionalis puncto medio po-
terit sic vniiformiter moueri: ergo continuo est cum
cuiuslibet partis proportionalis puncto medio vel
nullius. Dico negando antecedens: imo deus illud
determinat quod potius sit in puncto medio vnius par-
tis proportionalis quam alterius: et voluntas sua est
ratio in proposito. Probet enim supponere hanc
regulam in philosophia.

Ubi cuiusque aliqua potentia naturalis
ex se est omnino indifferens ad aliqua multa et non
potest omnia illa simul: prima causa omnium rerum
naturalium a qua dependet celus et natura tota (ut
ait philosophus duodecimo metaphysices) illam
potentiam ad alterum illorum sua voluntate deter-
minat: et hoc secundum ordinem nature et concursu
generali operatur ipse rerum omnium opifex. Nec
hec solutio extranea videatur quoniam oportet ita
soluere argumentum defractione sicut equalis forti-
tudinis in omnibus partibus suis: cuius meminit
philosophus secundo celi et mundi in calce. et argu-
mentum de introductione graduum caliditatis: et
de productione luminis a cædela: quare videlicet pri-
us produxit lumen a. in vna camera quam in altera
cum prius illuminat vnam cameram. et postea alte-
ram. Et hec est communis solutio in philosophia: et
cipue apud parthenses.

regula.

phis. 17. met. tex. co. 38.

phis. 1. ce. et min.

Secundo ad idem arguitur sic. Si la-
titudo resistentie vniiformiter difformis posset sic
gredi partibilibiter quo ad subiectum tantum ut di-
citur in prima suppositione: sequeretur quod etiam ipsa
manens vniiformiter difformis continuo posset con-
densari ad non quantum subiecto eius quiescente:
sed consequens est falsum: igitur illud ex quo sequi-
tur. Consequentia est nota. Et arguitur falsitas con-
sequens quia si ita posset condensari manens con-
tinuo vniiformiter difformis, sequeretur quod eadem po-
tentia vel equalis citius pertransiret eandem vel eque-
lem resistentiam magis extensam quam minus exten-
sam: sed consequens est falsum igitur illud ex quo se-
quitur Sequela tamen probatur: et capio duas la-
titudines vniiformiter difformes equales extensive
et intensiue omnino puta a quarto vsque ad non gra-
dum extensas per duo pedalia gratia exempli: et vo-
lo quod in instanti a. ponatur vna potentia ut. s. in ex

incipit moveri continuo movebitur, et talis medietas est uniformis, igitur continuo uniformiter movebitur. Patet consequentia cum minore. Et arguitur maior, et capio punctum, in quo est in medietate, in qua incipit moveri in aliquo instanti temporis terminati ad instans initiativum motus, per quod movetur in illa medietate. (Totalis enim motus, quo illa potentia movetur, incipit ab aliqua velocitate proveniente a proportione, quam habet potentia ad aliquem punctum intrinsicum illius medietatis, ut constat e[*x dictis*]), et arguo sic: vel talis punctus velocius movetur quam potentia vel tardius vel aequivelociter. Si primum, sequitur, quod talis potentia non est in illo puncto, quia inceperunt potentia et talis punctus ab eodem puncto in eodem instanti et cetera, et potentia movebatur tardius puncto, in quo ponitur esse, et potentia et punctus moventur uniformiter, igitur. Nec secundum, puta quod tardius, quia tunc sequeretur, quod non est in illo puncto, quoniam continuo talis punctus movetur tardius quam potentia, et inceperunt in eodem instanti ab eodem puncto et cetera, igitur dicendum est tertium, puta, quod movetur aequaliter, et per consequens semper movebitur cum illo puncto, et sic semper erit in eadem medietate. Quod fuit probandum. Patet igitur correlarium.

¶ Sequitur tertio, quod ubicumque aliqua latitudo resistentiae difformiter difformis, cuius multae partes sunt uniformes, et nulla difformis secundum se, et quodlibet sui a non quanto incipiat progredi partibiliter per medium non resistens quolibet eius puncto intrinseco continuo uniformiter movente, omnis potentia, quae cum tali resistentia ab eodem puncto incipit moveri, continuo uniformiter movebitur. Probatur, quia cum quacumque illarum partium uniformium talis potentia incipit moveri, cum ea semper movebitur, igitur continuo uniformiter movebitur. Consequentia [patet, arguitur antecedens, quoniam in quacumque parte uniformi primo movetur, cum illa continuo movetur, igitur propositum. Probatur antecedens, quia dato aliquo instanti temporis, per quod movetur in tali parte, in qua primo movetur, arguitur sic: vel punctus, in quo in illo instanti est, movetur velocius quam potentia vel tardius vel aequaliter. Non primum nec secundum, quod probatur sicut in praecedenti correlario, igitur dicendum est tertium videlicet, quod aequaliter, et per consequens, quod continuo movebitur in illa parte et in illo puncto et sic continuo uniformiter. Quod fuit probandum. ¶ Intelligatur correlarium, dummodo talis potentia ab aliqua certa proportione incipiat moveri. Quia alias dabitur una latitudo resistentiae, in qua non dabitur – saltem diceret adversarius – pars, cum qua potentia incipit moveri. Immo quacumque data dabitur aliqua magis resistens, cum qua antea movebatur, (ut diceret adversarius), ut puta si alicuius latitudinis quaelibet pars proportionalis certa proportione sit uniformis alia et alia uniformitate usque ad aequalitatem potentiae ascendendo exclusive.

¶ Sequitur quarto, quod ubi potentia movetur, ut ponitur in casu praecedentis correlarii, ipsa continuo est in eodem puncto. Probatur, quia non potest dici, quod punctus, in quo potentia est, moveatur velocius aut tardius ipsa, ut patet est probatione praecedentis correlarii, ergo movetur aequaliter, et per consequens continuo est in illo. Quod fuit probandum.

¶ Sequitur quinto, quod si in medio non resistente a non quanto progrediatur latitudo resistentiae sic se habens, quod cuiuslibet partis eius proportionalis proportione dupla minoribus ter-

minatis versus punctum | quiescens prima medietas sic resistat potentiae ut 8, quod quilibet eius punctus tardius moveatur, quam potentia sufficit adaequate moveri cum illo, et secunda medietas sic eidem potentiae resistat, quod quilibet eius punctus velocius moveatur, quam potentia sufficit moveri cum illo, talis potentia in eodem instanti cum illa resistentia ab eodem puncto progrediens continuo cum tali resistentia movetur uniformiter. Probatur, quia talis potentia cum illa resistentia movetur, ut patet, quia ad quemlibet punctum illius habet proportionem maioris inaequalitatis, et ab aliquo puncto alicuius partis proportionalis incipit moveri – ut constat – et continuo est ad punctum medium eiusdem partis proportionalis, qui continuo movetur uniformiter, ergo continuo talis potentia movetur uniformiter. Quod fuit probandum. Patet consequentia cum maiore, et minor videlicet, quod continuo est ad punctum medium talis partis proportionalis, probatur eodem modo, sicut probatur in argumento potentiam semper esse in puncto medio resistentiae, de qua fit mentio in casu eiusdem argumenti. Eadem enim est probatio, patet ergo correlarium. ¶ Et si dicas non est maior ratio, quod continuo sit in puncto medio unius partis proportionalis illius resistentiae quam alterius, quia in cuiuslibet partis proportionalis puncto medio poterit sic uniformiter moveri, ergo continuo est cum cuiuslibet partis proportionalis puncto medio vel nullius. Dico negando antecedens, immo deus illud determinat, quod potius sit in puncto medio unius partis proportionalis quam alterius, et voluntas sua est ratio in proposito. Oportet enim supponere hanc regulam in philosophia.

